



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R.P. Lvcae Pinelli, Societatis Iesv Meditationes De
Sanctissimo Eucharistiæ Sacramento, Et præparatione ad
sacram communionem**

Pinelli, Luca

Coloniæ Agrippinæ, 1603

Historia De Obitv Mariæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59560](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59560)

HISTORIA DE OBITU
MARIAE.

OBITU Maria Hierosolymis in domo
Ioannis, cum esset annorum 63. S.
Brigida ait eam placidissime sine timo- *al. 4. reuel.*
re & dolore villo excessisse. Damascenus *ca. 23.*
scribit eam, paulo ante emissum spiri- *b in ora. de*
tum dixisse ad IESVM. In manus tuas, mi *assu. Deip.*
fili, commendo spiritum meum, recipe
nunc animam tibi caram, & ab omni pec-
cato immunem à te conseruatam; tibi,
non terræ trado corpus meum, in quo ti-
bi placuit habitare. Trahe me post te, vt
sim, vbi tu, fructus ventris mei: Addit Da-
masceus CHRISTVM illi respondisse. Ve-
ni benedicta mater in requiem meam.
Veni pulchra & formosa inter mulieres,
quia in te macula non est, &c. Scribit Ni- *cli. 2. Eccl.*
cephorus c Mariam, dum diceret, Fiat mi *hist. ca. 21.*
hi adhuc semel secundum verbum tu-
um, beatâ animam suam in manus Chri-
sti tradidisse, & dormientis potius, quàm
mortuæ speciem retinuisse. S. Iuuenalis *d in histor.*
quoque scribit Martiano Imperatori in *vet. Enty.*
B. Mariae transitu inspectos multos an-
gelos, suauissimumque cœlestium po-
testatum concentum auditum, ac ipsam
Mariam ratione quadam ineffabili ani-
mam sanctam in Dei manus resignasse.

*e in orat. de Andreas denique e Cretensis Episcopus
assump. ait cœlo delapsus ingentem angelorum
Can. de B. exercitum in obitu Mariæ.*

Mat. l. 5. c. PUNCTA MEDITATIONIS.

3

1. CONTEMPLARE, quomodo Maria iamiam vita excessura, cum animam suam Creatori suo commendasset, Apostolis omnes Christi fideles commiserit, maximè afflictos & tribulatos.

2. Deinde eleuatis oculis in cœlum, & mox in IESVM firmiter defixis ab eo petijt benedictionem. qua obtenta, anima sanctissima omnis terroris expers corpore excessit, & in brachia IESU euolauit.

3. CONTEMPLARE, quomodo IESVS purissimam dilectæ suæ Matris animam suscepit, & inter angelicos cantus in cœlum detulerit, omnibus astantibus stupore attonitis, ac in laudes Dei non sine lacrymis prorumpentibus.

DOCUMENTA.

1. Perpende quanti fecerit Maria auxilium praestitum proximis, nam vita excessens illos ardentè commendauit Apostolis.

2. Fili, si terredi non vis tempore mortis, habe conscientiam à peccato immunem.

3. Fallis te, si, dum uiuis, nullam curam

TAB.

nam habens de caelo, nam ubi mortuus fueris, anima tua non perueniet in caelum.

HISTORIA DE EXEQVIIS
& sepultura MARIÆ.

CUM Maria expirasset, Apostoli sacrum corpus è lectulo deposuerunt, decemque vestitum & compositum in feretro collocarunt. a Nicephorus ait multos accurrisse cæcos, surdos, & alios vitiatos membris, qui solo corporis sacri contactu sanitatem recuperariunt. Postea instituta est processio. Quidam Apostoli antecesserunt cum luminibus, alii deportabant feretrum, omnes autem hymnos decantando tendebant in Gethsemani ubi illa optarat sepeliri. dem auctor, & alij addunt, toto itinere illo in aere conspectam magnam angelorum turbam, quæ beatum Reginæ suæ corpus comitabatur. Narrat adhæc Iudæum quendam ex ordine Sacerdotum odio & inuidia æstuantem, tam temerarium fuisse, vt impetum fecerit in feretrum, vt illud deijceret in terram, sed illic à Deo punitum, manus enim eius à brachijs reuulsæ, pepedere ex feretro. Quo miraculo conspecto miser subito doluit, & cum lacrymis veniam postulauit. Itaque mandato B. Petri processio substitit, & Iudæo cum reuerentia ad feretrum applicato nouo miraculo manus sunt restitute.

a Eccl. hist. l. 2. c. 22.

b And. Croten. in ora. de assump. B. Virg. Damas. in ora. de dor. & assump. Deip. Can. de B. Mar. l. 5. c. 30.

PVN-